TERTULLIANUS. CYPRIANUS
12. Jh. Seite 72r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26870
Copyright: Admont, Benediktinerstift

certasse sublimet. danielem uero nec solitudine regionis alienae nec persecutionis assidue infestatione deterruit. frequenter ac forte gloriosa edidisse martyria. Tres etiam pueros. nec annus. nec munus fractos. et ignes babylonios fideliter obstetisse. ut uero rege insua captiuitate uicisse. Videmus nunc quantum praeuaricatorum numerum ac praedicatorum quae iecta et ecclesiam surgere. et fidem partim ac ueritatem labefactare coperit. permanet apud plurimos sincera mens. et religio integra. et in domino et deo suo anima deuota. christiana fide aliena perfidia nec deprimit adruina. sed magis excitat & exaltat ad gloriam. secundum quod beatus apostolus hortatur et dicit. Quid enim si excuderit afide quidam eorum. nunquid infidelitas illorum fidem dei euacuauit. absit. Est enim deus uerax. omnis autem homo mendax. Sicut omnis mendax est. solus deus uerax est. quod aliud seruiendum maxime sacerdotes facere debemus. nisi ut humanos errores. et mendacia relinquamus. et praecepta dominica custodientes in dei ueritate maneamus. Quare et si aliquos excellentissimos nostros extitisse fratres dilectissimi. quae diuina disciplina negligenda putant. et cum basilide et martiale tenere communicent. et tabare fidem nostram resistere indebet. Et cum spiritus sanctus in psalmis talibus commonet. dicens. tu autem odisti disciplinam et abiecisti sermones meos post te. Siuidebas furem simul currebas cum eo. et cum adulteris portionem tuam ponebas. et participes ostendit eos alienorum delictorum fieri. quae fuerunt delinquentibus copulati. & paulus apostolus hoc quoque scribit dicens. Susurratores detractores. abhominentes deo. iniuriosi. superbi. iactantes sui. adinuentores malorum. quae cum iustitiam dei cognouissent. non tantum faciunt mala. sed & consentiunt eis qui haec agunt. Qui talia in quit agunt. morte sunt digni. Manifeste et comprobat morte esse dignos. et ad penam uenire. non tantum illos qui mala agunt. sed etiam eos qui talia agentibus consentiunt. Qui cum malis peccatoribus et penitentiam in agentibus illicita communicatione miscent. nocentium tactibus polluunt. et dum iungunt in culpa. sic non in pena separant. sed post quam integritatis et fidei uirtutem religiosam sollicitudinem fratres dilectissimi laudamus parit et probamus. et quantum possumus adhortamur litteris nostris. ne uos cum profanis et maculatis sacerdotibus communicatione sacrilega misceatis. sed integram et sinceram fidei uirtutem firmitate religioso timore seruetis. Optamus fratres omnes semper bene ualere. Incipit epla Cipriani

MAGNA NOBIS OB. ad alcatores.

Munus usa fraternitatis cura fidelis. maxime erga peditorum omnium audaciam. id est alcatorum animos. quae nec ciam se in lacum mortis emergunt. Et quoniam nobis diuina et paterna pietas apostolorum ducatum tribuit. et uicariam domini sede celesti dignatione ordinauit. et origine auctoritatis apostolatus super quem christus fundauit ecclesiam in supiore nostro portam. accepta simul potestate. soluendi et ligandi. et curatione peccata diminuendi. salutari doctrina admonemur. ne cum delinquerunt assiduae ignoscimus. et dum